Utrecht University Library
Partner in Science
Universiteit Utrecht

Quaestiones argumenti obstetricii

https://hdl.handle.net/1874/295852

II 12

QUAESTIONES
ARGUMENTI OBSTETRICII,

QUAS,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

GOZEWINI JANI LONCQ, C. J. FIL.,

MED. DOCT. ET PROF. ORD.,

NEC NON

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS MEDICAE DECRETO,

Pro Gradu Doctoratus,

SUMMISQUE IN

ARTE OBSTETRICIA HONORIBUS AC PRIVILEGIIS,

IN ACADEMIA RHENO-TRAJECTINA

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS,

DEFENDET

FREDERICUS PHILIPPUS KÜTHE,

Amstelodamensis,

MEDICINAE DOCTOR.

DIE XX OCTOBRIS, A. MDCCCLXII, HORA VII DIMIDIATA.

AMSTELODAMI,

C. G. VAN DER POST.

MDCCCLXII.

THESES.

I.

Non recte EICHSTEDT spermatis in uterum immissionem ex ostii uteri vi sugillatoria explicare conatur.

II.

Causa, qua parturiendi negotium, graviditate ad finem vergente, excitatur, menstruationis decima vice rediturae stimulo, bene explicanda.

III.

Recte SPIEGELBERG: Das Wochenbett ist allerdings, wie die Schwangerschaft, ein physiologischer Zustand, aber ein solcher, der dicht an Krankheit grenzt und in welchem die geringsten Störungen leicht zu letzteren führen.

IV.

Usus chloroformi parturientibus, quae turbis quibusdam dynamicis afficiuntur, prodest.

V.

Secali cornuto non, nisi elapsa altera parturiendi periodo, uti licet.

VI.

Inter remedia, quae uteri atoniam primariam corrigere possunt, mechanica uteri irritatio per catheterem omnino laudanda.

VII.

Placenta absque sanguinis fluxu retenta, ne violente secundinas auferas, ut cito fiat, quod commode fieri potest cum mora.

VIII.

Retentio urinae minus causa quam effectus uteri gravidi retroversi.

IX.

Ictus cordis foetalis diverso numero nil valet ad prognosin sexus masculini aut sequioris.

X.

Prae omnibus remediis inflatio aëris in asphyxia neonatorum praeferenda.

XI.

Rupto perinaeo, ligatura per fila metallica commendanda.

XII.

In versione instituenda obstetricator omne quod et utile et commodum maxime pro matre et prole est, cordatius intendat, quam in ritus elegantiam.

XIII.

Kephalotryptor, a Doctissimo Cohen sua ratione mutatus, antiquioribus non praeferri meretur.

XIV.

In perforatione administranda, duo maxime fugienda sunt, ne quid effoeminatum aut molle, et ne quid durum aut rusticum sit.

XV.

In partu agrippino caput subsequum optime educitur duplici tractione capitis et trunci simul instituenda.

XVI.

In omni morborum turba, quibus ab utero ad sepulcrum mortales infestantur vix ulli tam periculosi et sat cito lithales sunt quam febris puerperalis, dirissima tocodochiorum flagella.

(Lehmann.)